



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Infantulus ad tres horas exanimis mundo editus, anima & baptismo donatus est, vbi voto facto, B. virgini fuit commendatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

confusa meritis gloriosæ ac misericordissimæ Virginis, quam identidem ex intimo mentis affectu inuocare consueuerat, ilicò reuixit infans, & salutari lauacro potitus est. Contigit hoc vicesimo septimo Aprilis eiusdem anni in octaua processionis Camberonæ.

INFANTVLVS AD TRES HORAS

exanimis mundo editus, anima & baptismo donatus est, vbi, voto facto, B. virginis fuit commendatus.

CAPVT XXXIX.

Eodem anno 15. Maij, Stephanus Scarfesius è Camberona castro, è coniuge prolem sustulit mortuam, vt per tres horas apparuit adiurantium mulierum relato ac testimonio: quæ cum infantem beatæ Virginis deuouisset, & lucis vsuram & baptisimi beneficium percepit, illatus in beatæ Virginis ædiculam supra eius altare, vbi & fleuit clamans.

PER MIRABILE VITÆ PERICULUM euadit per preces matris ad B. virginem factas.

CAPVT XL.

Eodem anno filius Nicolai Gautæi Athensis sexennis dum vnâ cum socijs suis in platea collusitat, ecce currus herbis tinctorijs (vulgus gallicum VVeydas vocat) confertus, per medium puerulum transijt. Quem mater